

# Berta etas mūdi

Anno mundi. 6175.

Anno xp̄i. 974.

Linea summorū pontificū  
Bonus secundus



Bonifacius septimus



Benedictus septimus



Joannes decimusquartus



Joannes quintuldecimus



**D**onus secundus. patria romanus. benedictio pontifici surrogatus. Hic multo modestie et integritatis fuit pontifex. Et si nihil in pontificatu geiserit quo magnope laudaret. Non tamen vel aliqua iniuria affectus. vel ignominia annotatus est. Anno autem pontificatus sui primo moritur. Et in basilica petri sepelitur. diebus tantummodo duobus sedes tum vacat.

**B**onifacius septimus papa. cuius patria et cognomen ob ignobilitatem reticere hic cum malis artibus pontificatum adeptus fuisset. male etiam amisit. Nam uito ingratis conspirantibus simul bonis ciuibus relinquere urbem coactus. Inde quod recedens preciosissima queque e basilica sancti petri. subtrahens. constantinopolim profugit. ubi tamdiu substitit quo ad diuenditum quod sacrilegio abstulerat. magnam vim pecuniarum coparasset: quibus tanquam admunculis occupande tyrannidis fretus. urbem repetit. ciues romanos largitione corrupturus. Obstabant conatibus suis viri boni. maxime vero iohannes diaconus cardinalis. quem capti adiuuantibus quibusdam preciosis hominibus oculis statim priuauit. atque ipse tantorum malorum auctor siue timore siue penitentia patrati sceleris in seditione turpiter vitam finiuit. Exit autem in pontificatu mensibus septem. diebus quinque. vacatum sedes dies. viginti.

S. Adalricus episcopus



**A**dalricus episcopus augustensis. ex clarissima comitum de Willingen prosapia ortus. In cenobio sancti galli enutritus. qui litteris ac diuino cultu instructus. cum et habitum religionis optasset. ab inclusa admonitus ne faceret. Cum enim futurum episcopum denuntiaret. a consanguineis deinde episcopo adelberano traditus. Tandem diuino nutu in episcopum promotus. totum se diuine contemplationi ac restaurandis ecclesijs dedit. qui suis virtutibus ac orationibus mira gessit. in hungarica expeditione precipue cum otto imperatore eos vicit. Amisit quoque in eo bello diopoldum fratrem et regniboldum filium sororis. Inde etiam diuine affre instaurans ac ecclesiam sancti iohannis ac stephani. Tandem post multas patientie coronas anno domini nonagesimo septuagesimo tertio. Etatis vero octuagesimo tertio. Sacerdotij quinquagesimo migravit ad superos. inter sanctos relatus. Sepultus a diuo wolfgango episcopo ratisponensi in ecclesia sancte affre. fuitque scititate ac miraculis clarissimus.

**B**enedictus septimus papa. patria romanus. Statim inchoato pontificatu synodum Remensem celebrauit. ubi gilbertum seditiosum virum et nigromanticum danans. arnulphum episcopum ab ipso gilberto pulsum in integrum restituit. Hic annuente ottonis sene ottonem eius filium cum theophonia uxore in lateranensi ecclesia coronauit. Vir autem optimus instabat unumquemque rogando ut in creando impatore rei publice christiane consulere. Adoritur pontificatus sui anno octauo. mense sexto. Hac atque sedes diebus quinque.

**I**ohannes decimusquartus papa. patria romanus vel (ut nonnulli volunt) papie. Hic benedictio surrogatus. Hic post assumptum pontificatum mense tertio a romanis captus. Et in mole adriani. ut in publica custodia inclusus. Ibi tamdiu pedore carceris inedia et molestia animi maceratur. quoad vitam turpiter finiuit. Quo mortuo et in basilica petri sepulto. cessauit papatus dies decem. Deiectus ne pontificatu fuerit. vel ob impotentiam et tyrannidem ut quidam coniectant vel ob inuidiam maliuolorum et seditiosorum quorundam haud satis constat adeo sunt confuse istorum tempore historie.

**I**ohannes. xv. papa. patria romanus. pre leone presbitero e regione galline albe pontificatum adeptus. miro odio in clericos exarsit. unde et merito ab ipsis clericis odio habitus est. maxime vero quod diuina humanaque omnia cogitis et affinis suis elargiebatur post habito dei honore et ratione sedis dignitate. que certe errorem ita posteris tradidit. ut ad nostra que tempora puenisse cernimus. Huius denique erroribus ac rapacitatibus in

S. Conradus episcopus uoluit deo uolente moritur. octauo pontificatus sui mense. Sepeliturque in basilica petri.



**C**onradus quod stanciensis episcopus per id tempus et ipse religiose scititateque ac doctria atque alijs virtutibus insignissimus fuit. Is ex nobilibus in germania ortus pentibus. Ihs eruditus. a northingo episcopo stanciensis auditor carum inde propositus effectus. pro eius obitu a. s. v. dalrico ac clero in episcopum electus. inde etiam stancie et duas annos portam austru fecit. Et cum tercia vice hierosolimam petisset. in ecclesia. s. mauricij sepulchrum domini ad istar hierosolimitanum astrui fecit. Elebrans in die pasce araneam in calice delapsam cum fiducia suspexit. que pro eboris adu si ne lesione de ore eius exiit. Plenitudo tandem diebus pro varia miracula obtulit. vij. kal. decembris. Episcopatus sui anno. lxxij.